

Fama id commissum esto. Hanc si presentia minuit, per  
me licet, ut cum ipsa sim tunc tuae semper amicitiae.  
Nihil est, quod gravius utriusque imprecor. Dum tamen  
profiteor, quae hanc humanitate exceperis, in me colla-  
tam fore, ne indignare si mei Philosophi tria verba  
adscribo, et hoc audaculi te doceo, qui mihi prodest, ut  
per me prosit et sibi, non dedisse beneficium, quin me  
instrumentum utilitatis suae fecit. Explicabis hoc tibi,  
mox atque Mariam Casembrotiam perspexeris. Numquam  
ut facias a te contendo, de ijs quae sequentur valde  
securus. Vale saeculi illustre sidus. Scribo raptim quod  
cominus expositurus eram, nisi me vis major aures  
servitutis procul a vobis abegisset. In vero Batavorum  
oppido Neomago. Postrid: Id: Sentil: MDCLXX.

Illustrissimas virtutis tuae  
perpetuus admirator.

C. H.

(413)

Ben: a Hessel  
Persona in Loon.

Nondidulissen hanc rescissionem Vir Amplissime, si  
quid in rem tuam a Principe potuisset impetrari.  
Ille vero cum se opponat hactenus ijs argumentis,  
quibus fulcitur causam tuam, etiam ex intervallo  
conatus sum, quo quid subinde novi ponderis habere  
viderentur, superest ut ipsemet experiaris, quanto  
prestantior me orator sis. Eius rei periculum  
brevis de Haga facturum spero, quando hinc frequentibus  
litteris domum revocamus, et molestissimo negotio  
quo hic distinemus, sic defungi festinamus, ne rem  
adnam ab invidio Principe frustra tentatam im-  
probi subsanniant. Vale Vir Amplissime et  
me amas qui verus sum tibi addictissimus.

Groningae xv. Cal: Nov:  
MDCLXX.

Gisberto Mercatori  
Senatus Embriensis  
a secretis.

Vir Amplissime

(414)

In prociuctu magni et per hanc anni tempestatem mo-  
lestissimi itineris, quo in Frisiam usque Orientalem  
nomine Principis mei excurandum habeo, brevibus hoc  
Epigrammatum remitto: quod quia immerito tu  
quidem tanti facis, ut lima veritatis dignum existimes  
adhibui